

XVII. DESCRIPTIO FIGURATORUM EORUM IN ORDINE.

Similiter autem licebit & aliarum formarum quae pluribus angulis continentur quantitates adscribere. sed qm̄ facilius oculis subiecta retinentur, supradictarum formarum numerositas in subteriore descriptione ponat⁹.

Trianguli	I	III	VI	X	XV	XXI	XXVIII	XXXVI	XLV	LV
quadrati	I	IIII	VIIII	XVI	XXV	XXXVI	XLVIIII	LXIIII	LXXXI	C
pentagoni	I	V	XII	XXII	XXXV	LI	LXX	XCII	XCVII	CXLV
exagoni	I	VI	XV	XXVIII	XLV	LXVI	XCI	CXX	CLIII	CXC
epdagoni	I	VII	XVIII	XXXIIII	LV	LXXXI	CXII	CXLVIII	CLXXXVIIII	CCXXXV

XVIII. QUIS FIGURATI NUMERI EX QUIB⁹ FIGURATIS NUMERIS FIANT IN EOQ: EO QUOD TRIANGULUS NUMERUS OMNIUM RELIQUORUM PRINCIPIUM SIT.

His igitur ita sese habentibus quid in hac re sit consequens uestigemus. Omnes enim tetragoni qui sub triangulis naturali ordinatione dispositi ex superioribus triangulis procreantur. illorumq: collectione quadrati figura conponitur. Quattuor enim tetragonus fit ex uno & tribus. idest ex duobus superioribus triangulis. Nouem uero ex tribus & sex. sed utriq: sunt trianguli. at. XVI. ex. X. & VI. & XXV. ex. X. & XV. Idemq: in sequenti ordine quadratorum constans atq: inmutabile reperitur. Pentagonorum uero summae conficiuntur

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTHECA NATIONALIS HUNGARIAE
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Országos Széchényi Könyvtár / National Széchényi Library
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/oszk_clmae3/0107